gnoscentem sive eius Successores praefato obligatario suo et eius Successoribus
ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in
parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo Pro quo qui
dem vadio modo praemisso ad solvendum succumbito ac re aliqua praejudi
cata praemissis non completa ac complenda citatus exnunc memoratus Recog-
noscens. Nobilis Eva Baczynska olim Nobilis Fedorj Jaworski Haidamaka
vero dicti Consors relicta Vidua sive eius posteri ad instantiam praeno-
minati Nobilis et Religiosi Theodori Baczynski Poponis obligatarij sui si-
ve eius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premyslien.
exnunc recessu supremo contento quoad respondendum spectat mediante semper in
primo citationis termino tanquam peremptorie stare iuri parere respondere vadi-
um contractum lucre dis forum huic satisfacere ac bare indicatum parendo
Et coobligabitur sese ac suos successores eadem via inscribit et obligat praedi
Illum terminum primum peremptorium et alios omnes inde consequentes causa
eiusdem terminos semper peremptorios. Vera infirmitate pro maiori mi-
noritate pecunia legione extra vel extra regnum servitio militari admi
nimenta ad iudicem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimen
non differendo ad quaestionemque terrae ab temporaneos officij praefati Castren. Pre-
myslien. terminos dilationem sibi non recipiendo Nullitatis Motionemque appellationes
de earum praeceptores faciendo ac praemissa omnia plenis singulis vel tractatis
evasionis suspensionis fatalystionis ac Serene tempore belli Conventionibus
ac alijs quibusvis iuribus remedijs et defensionis non subterfugiendis Recognitionibus alio-
modo evadendo Haec sua praesenti personali Recognitione ad praemissa mediante

Actum in Castro Premysliensi Sabbatho post Dominicam Jubilate proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono. 10/V 1659

Putatycki Putatyckiemu Donat.

Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Premyslien.
Nobilis Fedor Putatycki olim Nobilis Semian Putatycki filius Sanus mente et cor-
pore exnunc a terris Bellis iuribus Tunedoribusque suis quibusvis proprijs et competen-
te recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Tunedori quid ad actum
hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis quibus omnibus totaliter et perpetuo inci-
corporando

Brożyny et 85 318

corporando atq subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit
Quia ipse bona sua propria et hæreditaria infrascripta Nempe Sortem suam totam
et integram quæ et quanta se Recognoscentem post fata Nobilis olim Mariannæ
Sielecka praefati olim Nobilis Semion Lutatycki Consortis Matris sui Recognoscentis
inter alios Convictores suos iure naturalis Successionis concernentem. Tum et tres sul-
cos in Horto a Nobili Petro Sozanski Wrona dicto quaesitos, ex bonis Villis Sie-
lec in Sorte Kleidowska terrae et Districtus praesentis Premysliensis Consistentem Cum
omnibus praemissorum Iure dominio proprietate et hæreditate Cumque omnibus
et singulis eiusdem Sortis praefatis utilitatibus fructibus proventibus
redditibus commodis emolumentis obventionibus attinentiis et pertinentiis
generaliter Universis Nullis penitus exceptis nec per se Recognoscente, suisque Succes-
soribus aut quopiam alio reservatis sed omnibus in genere et singulis in spe-
cie comprehensis generalitate per specialem et e contra in nullo derogando veruntamen
late et longe circumferentialiter prout praefatorum bonorum et Sortium hæreditatis
se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit protenditurque et prout
eadem bona seu Sortes ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat quaeque
concernebant ac eadem serviebant. Iam ex nunc et de facto Nobili Nico-
lao Lutatycki Fratri sui Recognoscentis germano, et ipsius posteris dedit dona-
vit inscripsit et resignavit prout dat donat ac titulo puræ meræ et irre-
vocabilis Donationis inscribit et resignat perpetuo praesentibus. Nec non
idem Recognoscens in eadem bona suprascripta seu Sortes praescriptas per se Recog-
noscentem donata iam ex nunc et de facto praefato Donatario suo et eius
posteris coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem
pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles
duos die quocunque voluerint offerendi acceptandi Per ipsum Donatarium
suum et ipsius posteros hæc eadem bona seu Sortes praescriptas donatas omnesque omnia
per praesentes condescensa. Cum omni iure dominio et proprietate competentiaque
et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi illisque quiete
et pacifice utifruendi eademque ad suos suorumque successorum quosvis
beneplacitos usus fructus libere et effectualiter Convertendi Debetque et
tenebitur memoratus Recognoscens prout se ac suos Successores in et super bonis
suis generaliter omnibus Summisque pecuniarijs quibusvis habitis et habendis subiectis
Donatario suo et illius Successoribus inscribit et obligat praesentibus ipsum et
eius Successores in dictis bonis praesentibus donatis praemissisque omnibus penitus
[illegible] eorundem a bonis et quavis impetitione cuiusvis [illegible]
personae cuiuscunque conditionis status et sexus eiusmodi existentis existerent

per omnes

per omnes personas Terres. prout ad quamlibet personam Terris spectat et pertinet. contra quoslibet in omni iudicio et offitiis regni omnes quoties opus fuerit defendere evincere intercedere et eliberare eandemque cum posteris reddere. Necnon bona praefata praesentibus donata ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem bona seu sortes modo quovis cuivis personae factis et faciendis tum etiam a quibusvis citationibus in eadem bona praesentibus resignata importatis et importandis querimoniis et pertinentiis processibus quibusvis in quovis puncto et gradu iuris dependentibus et in quovis iudicio et offitio regni obtentis et obtinendis ac super praemissis bonis praesentibus resignatis perductis et producendis emundare et eliberare, munda et libera semper facere ac etiam Intromissionem praefatam coram offitio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum praesentibus donatorum tum per Ministerialem et Nobiles duos offitiose requisitos non denegare imo debebit et tenebitur eandem liberandare et effectualiter admittere dataque et admissa eadem possessionem et usumfructum praemissorum quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere quinimo illum Donatarium suum et eius posteros in praemissis omnibus praesentibus resignatis nullo modo inquietare ita ut eadem bona praesentibus resignata idem Donatarius suus cum suis posteris quiete et pacifice praedicto Inscriptionis Donationis vigore tenere habere et possidere possit et possint perpetuis et aeternis temporibus. Idque sub damnis Terrestribus simplicibus absque corporali Iuramento taxandis et edicendis per gratum Regentem Nobilem Fedor Putatycki sive ipsius successores suprascripto Nobili Nicolao Putatycki Donatario suo et ipsius posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbentis. Pro quibus quidem damnis terrestribus simplicibus absque corporali Iuramento taxandis ac re aliqua praemissorum ex praemissis non completa complendis saltus eius iuratus Regens Nobilis Fedor Putatycki aut illius successores ad instantiam suprascripti Nobilis Nicolai Putatycki Donatarii sui aut ipsius successorum ad offitium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper promptorio stare comparere respondere damnaque praefata Terrae liceri Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur. Se ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum vero nullum promptorium et alios omnes exinde consequentes cauteas terminos semper promptorios. Verum [illegible] pro maiori [illegible] conclusivae ea superiori Obligatione usque ad finem.